


A8 38 (A)
Cento XI

Copia di una Bolla stata mandata da Roma
alla Chiesa di Loreto, la quale è ^{concessa} ~~stata~~
nd 4 Gen. 1539 dal ~~Cardinale~~ ^{Cardinale} Paolo Janelly
anno 6 del suo Pontificato.

Di questa non ne aveva notizia la Chiesa, ne bene
fa veruna menzione nella B. di Bergamino, che
esiste nell' Archivio, ne nelle altre Copie venute
da Roma, inclusive quella di Benedetto XIII



BREVI 21

F. 116

AZ-38 (1)

Capitulum
XI

CAPITULUM, ET CANONICI

Sacrosanctę Lateranensis Ecclesię

Omniū Urbis, et Orbis Ecclesiarum

Matris, et Capitis

Dilecty Nobis in Xp̄o Nobilibus Viris Mercatoribus, et Confratribus Confraternitatis Italorum in Civitate Ulixiponen. commorantium salutem in Domino sempiternam, et sinceram in eo Charitatem. Ordinariam in Ecclesias, Cappellas, Hospitalia, aliaque pia Lōca in Solo, ac Fundo Sacrosanctę nostrę Lateranensiy Ecclesię constructa, et erecta, sive eidem unita, et membra de ejus Corpore effecta potestatem ex benignitate Sedis Apostolicę obtinentes, circa earum statum meditationis nostrę considerationem propensius adhibere nos convenit, et ea, quę ad decus, et exaltationem earundem per vos, seu Prędecessores nostros concessa fuisse comperiuntur, ut omni proorsus dubio caveant, et inhibita perpetuo subsistant, innovare, approbare, et confirmare, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Cum itaque pro parte vestra Nobis expositum fuerit, quod alij Mercatores Itali, et Confratres Prędecessores vestri Ecclesiam, seu Cappellam sub invocatione Sanctę Marię de Laureto, cum omnibus membris, et officinijs necessarijs, et opportunis in quodam Fundo, seu Peno Terrę posito extra, et propę thesauraria civitatis Ulixiponę juxta ejusdem civitatis Portam, quę dicitur Sanctę Catharinę prius a prefatis Mercatoribus nostrę Sacrosanctę Lateranensiy Ecclesię, et Nobis donatione perpetua, et irrevocabili, quę dicitur inter vivos, donato edificaverint, et a Fundamentis extruxerint, atque in ea Confraternitatem laicorum sub nomine sanctissimi Sacramenti, cum Cap-

pellarij, alijsque omnibus ad divina officia, et Sacramen-
torum Administrationem necessarijs, sub omnimoda tamen,
ac privativa, et immediata Jurisdictione penitus exemptam
instituerint, et ordinaverint vigore facultatum, et Privilegi-
orum à Capitulo, et Canonicijs Dⁿⁱ decessoribus nostris, et con-
cessorum, sub annuo, ac perpetuo Canone, et recognitione
unius medietatis libras cere, albae laborate, hic domo, in mani-
bus Camerarij nostri pro tempore existentij singulis Annis
in vigilia Nativitatis sancti Joannis Baptistae solvendi, ac
sub onere petendi, ac obtinendi à Nobis in singulis quin-
decim Annis hujusmodi Privilegiorum renovationem, et
confirmationem alias concessorum, prout latius in litteris
sub Datum vigesima Aprilis millesimi quingentesimi de-
cimi octavi desuper expeditis continetur. Verum quia, vel
ob Canones antea temporibus non solutos, et ob non pe-
nitam in singulis decimo quinto Anno Privilegiorum re-
novationem, Ecclesia vestra, et situm praefatum ad no-
strum Capitulum, et nos legitime devolutum extitit, sum-
mo perè autem expediat pro hujus dii Operis insigni
fzalorum pietati restituti felici conservatione, et felicio-
ri incremento, ut facultates, et Privilegia omnia à nobis
concessa firma, inconcussa, et in suo robore remaneant, ut
quae illis tam moderni Confratres, quam illorum Successo-
res

res tute gaudere, et uti perpetuo possint, et valeant, ideo,
previa solutione canonum decursorum in manibus camerarij
nostri facta, supplicare nobis humiliter fecerit, quatenus
in premisijs opportune providere, et quantum sancte Sedis Apo-
stolice benignitate, et auctoritate possumus, indulgere dignare-
mur. Nos igitur supplicationem huiusmodi ad majorem Dei, Be-
atissimeque Virginis Marię gloriam ordinatam agnoscentes, at-
que omnia ad divini cultus augmentum conducentia alacri ani-
mo exoptantes etiam vos per adeo preclarum pietatis opus de
vobis benemerentes specialibus favoribus, et gratijs vos prosequi
una cum Rmo D. S. de Nobilibus Rmi, et Rmi Dni Cardinalis
Ivanen. nunciat. Episcopi Hostien. Archiepiscopi Latera-
nensis Vicario, in Capali Romano Lateranensi Patriarchio, ut
mos est, capitulariter congregati, auctoritate nostra ordina-
ria, ac Privilegiorum, et Indulgentiarum Apostolicorum virtute vobis,
et sacrosanctę Ecclesię a summis Romanis Pontificibus conce-
ssorum, quibus fungimur, et in quorum usu, et possessione sumus
predictę Ecclesię sub Invocatione sanctę Marię Virginis Laure-
tantę in dicto nostro solo edificatę, nec non Confraternitati Rmi
Sacramenti in Ecclesia prefata institutę, ordinatę, et auctoritate no-
stra erectę Privilegia omnia, Immunitates, Gratias, exemptiones, ac
Indulgentias, quas Ecclesia Lateranensis Ecclesię in solo, et Fun-
do Lateranensi erectę ex Apostolica auctoritate concedere solet,
denovo impertimur, ac in Domino libentissime concedimus, quam-
cumque caducitatem, et devolutionem prefati sitis, et Ecclesię, ac

Privilegium a Prædecessoribus nostris vobis concessorum,
ut præmittitur tam ex causa canonum in præteritum non
solutorum, et non petitis in singulo decimo quinto Anno
renovationis, quam ex alia quacumque causa fortasse
incurram gratiosè remittentes, ac condonantes, et in pri-
stinum, in quo erat statum plenariè restituentes, atque
Concessionem soli, et Ecclesiæ edificatæ inibi, et facultatum,
exemptionum, ac Privilegiorum omnium, quæ in præinsertis
Litteris à Prædecessoribus nostris sub die 20 Aprilis 1518, seu
alio veriori tempore continentur, in omnibus, et per omnia con-
firmamus, et approbamus, eisque inviolabilis Auctoritatis Apo-
stolicæ vobis concessæ robur adjicimus, volentes, quod prædicta
vestra Ecclesia, nec non Congregatio sub omnimoda sit Ju-
risdictione privativa, et Jurebno Sanctæ Sedis Apostolicæ, et
nostro, ac sub directo Dominio Sacrosanctæ Romanensis Ecclesiæ,
et nostro, in cujus recognitione singulo quolibet Anno perpetuis
futuris temporibus ad solutionem unius medietatis (libre Caræ albæ la-
borate in Urbe Roma in manibus pro tempore existentis Camera-
rii nostri faciendæ, atque ad petendam, et obtinendam à vobis, et
Successoribus nostris in perpetuum in singulo decimo quinto An-
no incipien. à die datæ Litterarum hujusmodi, earundem Lit-
terarum Concessionis confirmationem, prout in primæ vj Litte-
ris de Anno 1518 expeditis continetur, vos, et Successores ve-
stros teneri volumus, et mandamus, injuncto præterea vobis, et
Successoribus vestris onere, et præcepto, ut statim ac post rece-

ptas nostras has litteras commodè fieri poterit, fusignia sa-
pidea sacrosanctæ nostræ Lateranensij Ecclesiæ in prosperum, vel
super Janua memoratæ Ecclesiæ Beatæ Mariæ Virginis Lauretanæ,
quatenus hactenus apposita non sint, apponere, seu apponi facere
debeat, prout nos strictè in Domino præcipimus, et mandamus. In
quorum Fidem, robur, et testimonium præsentis has litteras ma-
nibus Illustrissimorum, et Reverendissimorum D. Camerariorum, ac Secre-
tarij Canonice nostrum subscribi, sigillique Capitularij Ma-
gni, quo in talibus utimur iussimus, et fecimus impressione mu-
niri. Datum Romæ apud Lateranum Anno Domini nostri Jesu
Christi 1539 die 4 Januarij Pontificatus S^mi in X^{to} Pauli, et Dⁿⁱ
S^{ri} Dⁿⁱ Pauli Divina Providentia Papæ Tertij Anno sexto.

Testor ego infrâs Canonicus Lateranensis Tabulario Prefectus
præsentis Exemplum extractum fuisse ex suo Originali exi-
stent in volumine signat. **E. XIII. fol. 29** = = =

Testor insuper aliam similem Confirmationem expeditam die
12 Novembrij Anni 1718 reperiri in volum^e signat. **E. LXXVIIII**
fol. 826: semquibus facta collatione concordare inveni. In
quorum Fidem ex Laterano hac die 24 Septembrij Anni
1785 = = =

Antonijs Camillus Andosilla Canonicus Lateranensis
Tabulario Prefectus

